SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN
um 1455/1460 (Wasserzeichenbefund) Seite 274r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Miraculum de passione xpi

In precedenti capitulo audiuimus de intollerabili pena dampnatorum
Et de ineffabili gaudio et premio beatorum
Cum audiamus quomodo penam dampnatorum euadamus
Et ad gloriam beatorum peruenire feliciter valeamus
Qui ad eternam gloriam beatorum peruenire desiderat
Debet deum ex toto corde diligere et sibi feliciter seruire
Et quicumque seruitium nouit esse deo gratius et acceptius
In eo debet sibi seruire seruencius et diligencius
Quidam homo deo deuotus in cellula sua residebat
Qui domino deo suo seruire ex toto corde satagebat
Hic exorabat dominum continuis et deuotis precibus
Ut sibi reuellaret quod seruicium sibi esset acceptius
Quadam vice videt dominum ihesum xpm ad se venientem
Et magnam crucem dorso baiolantem et sibi dicentem
Non poteris mihi gratius et acceptius seruicium prestare
Quam quod iuues me grauem crucem meam portare
Qui respondens oro inquit domine mi dulcissime doce me
Quibus modis deam crucem tuam tecum baiulare
In corde inquit dominus per recordacionem et passionem
Et in ore per crebram et deuotam gratiarum actionem
In auribus per penarum mearum fuerentem auditionem
In dorso per ~~[illegible]~~ carnis tue assidue castigacionem
Ut in eternam penam dampnatorum euadere valeamus
Et ad perpetuam gloriam beatorum peruenire valeamus
Saluatori nostro corde ore et opere gratias agamus
Et ad honorem passionis has oraciones dicamus